

78

Q. D. B. V.  
MEMORIA SECVLARIS  
NATALEM <sup>QVA</sup>  
VRBIS THORVNENSIS  
QVINGENTESIMVM  
ANNO clis CCXXXI.  
AC NONNVLLA  
DE  
FATALIBVS RERVM PUBLICARVM  
PERIODIS  
FATISQVE PATRIAE  
BREVITER REPETIT  
SAMVEL FRIDERICVS IAENICHEN  
THORVNENSIS.



THORVNII,  
Impressit Ioannes Nicolai, NOB. SENATVS & GYMN. Typograph. ✓

V I R O  
NOBILISSIMO AMPLISSIMO  
ET EXPERIENTISSIMO,  
D O M I N O  
**SIMONI WEISS,**  
PHILOSOPH. ET MED. DOCTORI  
EXCELLENTISSIMO,  
CONSULI, SCHOLARCHEAE ET POLIATRO  
IN PATRIA CIVITATE GRAVISSIMO,  
DOMINO, PATRONO ITEMQUE  
AVVNCVLO MAIORI,  
SVMMO OBSERVANTIAE ET PIETATIS CVLTV VENERANDO.

Ex VIII 377

**Q**uod TIBI iam nuper, PATRONE COLEN-  
DE, ingredienti annum novum constitueram  
offerre, nunc demum egredienti mihi patria lis-  
cebit, tamen non mea, sed aliena culpa. Vides,  
me versari in fatis patriae, ac scribendi quod-  
dam periculum, seu potius tirocinium facere in domesticis:  
ita putavi decere bonum civem, non negligere interna ,  
quando

quando in externis operam ponit. Solet enim in illis animus  
suaviori sensu moveri, cum recordatione aut praeteriti dor-  
loris afficitur, aut voluptate temporum iucundiorum. Alii  
alterum & confirmat spem, alterum fluctuanti animo ro-  
bur addit inter ancipites rerum casus. Sed dum memor  
sum patriae fatorum, propior me affigit fati domestici me-  
moria, quae non parum saevit in familiam nostram, ac  
mentes omnium conturbavit. Divina sane fuit gratia, quae,  
languente corpore, erectum TIBI, AVVNCVLE VENE-  
RANDE, spiritum dedit, & fatiscentem dolore animum  
confirmavit. Validum etiam robur est, quod Tua ex Dei  
voluntate sapientia capit, neque praestantius ullum est  
remedium, quo depellere dolorem possumus aut aliquantum  
temperare. Quid si commoda amicorum & incommoda eti-  
am ad amicos & propinquos sanguine dimauant, non pos-  
sum non tuorum me fatorum participem fateri, nexus cos-  
gnationis & beneficiis adeo TIBI devinctus. Quo magis  
autem patriae fatis bene precari cupio, ita non minus, ut  
ipsius etiam causa meliora TIBI eveniant, mibi optandum  
esse sentio. Ille enim sanctior affectus, quo patriae incor-  
lumitati & saluti studes, & TVA opera omnibus saluta-  
ris facit, ne quis sit, qui TE inopem solatii aut alicuius bo-  
ni esse velit. Quis est, quem TIBI non devincias, insigni  
tua humanitate, quae etiam erga inferiores non fallax bo-  
nae mentis indicium esse solet. Tanto magis TIBI me oblit-  
gatum deprehendo, quando me a tenera iuventute tot bene-  
ficiis

ficiis eumulasti, ut nihil supra. Neq; minus adhuc me mes-  
osque parentes amore & benivolentia, quam mereri nul-  
la ratione possumus, complecti pergis. Quare dum TIBI  
me obstringo clientem vile hoc Schediasma tantisper meae  
in TE pietatis & reverentiae perenne pignus esse volo.  
Ceterum, nisi TIBI grave, peto enixe, ut absenti mihi e-  
stet in columem Deus, patriae & clientibus, corporisque vi-  
res languidas corroboret, ac curis forensibus, medicis a-  
liisque domesticis adeo obsessum robore divino fulciat ac  
confirmet. Diu TE fruatur praesidio familia nostra, in-  
primis quoq; patre suo longe superstite, filiola suavissima,  
dulcem virtutis imaginem referens piae matris. Ne  
quid autem secus votis eveniat, Deum pro ea religione  
animi, qua patriae & TIBI omnino tencor, supplex perpet-  
uo venerabor, neq; committam temere, ut quis illa pietate,  
obsequii & votorum fide & constantia me antecedat. Vao-  
le, Patrone & Avuncule Venerande, ac me e conspectu  
TUO discedentem gratiae TUAE & memoriae come-  
mendatum semper habe. Dabam Thorunii apud Prussos  
Anno M DCC XXXII.

Excellentissimi & Amplissimi Tui Nominis

Cultor obsequentissimus  
S. F. I.



# I. N. I.



Nni iam sunt quingenti, ex quo eqvites Ordinis Teutonici, ex terris Orientalibus in Poloniā translati, traecto flu- mine Vistula, Prussiam fortiori manu invadere sunt aggressi, primaque urbis Thorunensis condendae fundamenta iecerunt. Factum hoc, uti ferunt historiae, ductu Hermannia Balck, qvem generalis Ordinis Magister Hermannus

a Saltza paullo ante, anno 1226 constituerat Magistrum ter- rarum Prussiae. Qui etiam, trucidato Duce Prussorum, oc- cupatis quibusdam ad Ossam flumen sitis locis, Culmaque oppido extrui coepto, longius in Prussiae viscera penetra- runt. Transitus fluminis Vistulae eo auspicatior in ea par- te fuit, quo laetiori cura statim propugnaculum obiecerunt hostibus suis, atque anno 1231, lapideis muris se munire coeperunt, &c, ut vocabant, castro includere, cui nomen de- derant *Thorān*. Sine dubio, quemadmodum ex insignibus Civitatis Thorunensis usitatis liquet & non fallax videtur coniectura, ut esset porta, qua aditus in Prussiam pateret DVISBVRG P. III. c. l. & HARTKN. in Pruss. Vet. & Nov.

A

Eam

Eam vero, quam nunc incolimus urbem, anno demum 1235 exaedificatam legimus, destruta veteris urbis mole, quod crebris Vistulae fluminis inundationibus infestaretur, ac locus paullo esset declinatior. Hinc commodum est visum, editiore loco, quo nunc urbs est sita, castrum & domicilia exstruere, & destructas templi S. Ioannis partes, aliaque instrumenta aedificandi hic deferre & comportare. Prima sic fuit origo Vrbis Thorunensis, & eius est quingentesimus natalis, annus nempe millesimus septingentesimus tricesimus primus, quem modo per Dei gratiam superavimus. Decet haec recolere pia mente nec omni plane silentio praeterire, cum quingentorum annorum spatium, epocha sit singularis & periodus ab historicis scriptoribus non facile sine iudicio aut nota praetermissa. Fieri enim non potest quin multa incident in tanta annorum serie aut commodi aut damni accepti documenta aliaeque rerum commutationes. Qvippe in clarissima experientiae luce patet, quod omnia, quae oriuntur, etiam crebris subsint vicibus, aut prorsus intereant, nec quicquam sit stabile & firmum praeter eum, qui causa omnium rerum est & sapientissimus opifex ac parens.

§ 2. Habent ita omnia regna & civitates suos ortus, incrementa sua, status, conversiones & occasus, easdemq; & similes ut plurimū experiuntur mutationum vicissitudines, quas in humani corporis aetatibus alioqui solemus observare. Sed unde illae, quae usu veniunt, & quae causae sint tot vicissitudinum & conversionum, non omnium aequa eadem opinio est, & sententia constans. Brevissima se expedient ratione, qui fatales dicunt esse periodos, lapsus, status & conversiones. At vero, quam simplici etiam causarum nexu omnia devincire videantur, tam obscure tamen latet id, quod quaeritur aut petitur exponi. Omnis autem, quae hic maxime

xime esse solet disputatio, his plerumque solet absolvit momentis. Primo, an sint periodi fatales rerum publicarum. Secundo, quae causae earum existant, & unde fiant tot subitaneeae saepe conversiones florentissimorum regnorum, aut ruinae & interitus copiosissimarum civitatum paullatim interdum ac quasi lento aestu contabescientium, aut undedissipationes violentae gentium fortissimarum orientur. Placet hic nonnulla repetere ex historiarum penu & quantum fert ingenii & aetatis ratio in memoriam patriae civitatis eiusque natalis afferre, antequam de fatis ipsis patriae dilectissimae quicquam sustineam recensere

§. 3. Loquimur hic cum Christianis & ad Christianos. Vnde, quae gentes meliori luce carentes, de mundi ortu ac gubernatione perplexis & dubiis argumentis involverunt ad nos non pertinent. Illa enim, quae in scholis Democriteis, Epicureis & Pyrrhonicis olim disputata, parum solidi aut sani in se habent. Ut enim casu & fortuito omnia extitisse a primis initiosis, ita successione quadam fortuita progredi temere existimarentur. Homines fungorum instar fortuito prosluisse, nec alia ratione in societates coiisse, ac nexus fortuito consuetudinis mutuae coaluisse, praeter omnem advigilantis Gubernatoris consilium & moderamen, sunt illorum hominum aniles lusus & depravatae rationis deliramenta. Melior quodammodo & sanior Plato videbatur, qui, uti rerum humanarum gubernationem admittit Deoque tribuit, sic & quaedam administandi regiminis instrumenta notat ΤΥΧΗΝ ΚΑὶ ΚΑΙΡΟΝ, quibus vult obsequi ΤΕΧΝΗΝ i. e. consilia & conatus humanae prudentiae. Sed nec in his ab illis longe abest, quemadmodum & Stoici sarcarum alioqui ceremoniarū studiosissimi & religionem maxime colentes. Splendide adeo, ut testis est liber Senecae,

loquebantur de providentia, sed sapientioribus iam eo tem-  
pore iocandi ansam dabant, ut illam *fati dicam anum Stoicorum*  
appellarent. Non enim respondebat divinae dispositioni  
liberrimae, ordinationi sapientissimae ac conservationi per  
media placitum Zenonis palmarium, quod in porticu do-  
cebatur. Vnde perpetuas cum aliis lites de providen-  
tia & mundi gubernatione habebant, neque suis pla-  
citis a *Materiariorum*, uti vocantur Philosophi, mundum pro  
Deo habentes, sententiis alieni. Quid enim quaeſio illorum  
divina aura, ſeu ignis divinus omnia permeans, quem alii  
tam splendida *divini* voce designant, eſſe videtur, quam ſub-  
tile corpus aut tenuis materia, nescio, cui ſubiecta fatali ne-  
cessitati. Ea inculcate divinitatis ſimulatione videntur in-  
cautis imposuisse omnes illae tres ſectae, tantopere  
olim celebratae. Cum enim a motu & materia deduxer-  
int omnia, quae fiunt, in poffimo aut Atheiſni aut Natu-  
raliſmi vitio reſederunt omnes. Deum enim fere omnes  
pro Anima mundi habuerunt, unde duo principia *sc̄i & m̄d̄*  
*Deus & materia.* SENECA de benef. L. IV. c. 3. Omnia  
divinitatis plena, ait ARISTOTELES de Anima L. I. c. 5. eoq;  
ipſo nihil erat divinum revera nihilque, quod humanis praef-  
effet rebus divina virtute, iisdemque ſuo conſilio modera-  
retur. Vid. PETRVS IOANNES NVNNESIVS ad fra-  
gmentum incerti autoris Censorino addiſolitum, uti & AVG-  
STINVS de Civit. Dei, L. V. LACTANTIVS FIRMIANVS,  
EVSEBIVS, ROBERTVS FLVDD in Sophiae cum Moria certa-  
mine L. I. & PET. GASSENDVS L. III. Etb. de libertat. fortuna  
fato & divin. p. 830. THOMASIVS de Stoica mundi exuſt. ABRA-  
AM HINKELMANN in Detectione fundam. Bohmiani ex D. Cud-  
worthi L. I. p. 308. multa in hanc rem allegat p. 107. Ingenue de  
illis P. D. HVETIVS in Quaſt. Abuetan p. 106. Quia Deo plena eſſe  
omnia

omnia vel Deum ubique esse dixerunt, quid huiusmodi locutionibus  
significaverint, non aperuerunt: neque certo scimus, circumscripte-  
rintne metis orbis Dei amplitudinem, an ulterius pertinere voluerint,  
uti voluerunt recentiores Platonici, qui Dictatoris sui Platoni pronun-  
ciata quovsum fletenda esse putarunt sua hac ipsorum opinione ac  
velut interpretatione satis videntur declarasse. Facit aliquando  
favor & diversus animorum habitus diversitatem iudicandi  
in interpretandis sententiis antiquorum. Conf. BVDDEVS  
Cap. I. de Atheismo & superstitione GVNDLING in fascie. etior.  
Qvam vero sint multi, qui Aristotelem excusant, prae cete-  
ris annotavit Celeberr. FABRICIVS in Bibl Gr. Labem ve-  
ro fati Stoici, ob quod placitum maxime male audit Zen-  
onis porticus, detergere laborat LEIBNITZIVS in praf. ad  
Theodicetam, inventumque putat esse non ad avocandos ho-  
mines a curandis negotiis, sed utile remedium ad procuran-  
dam mentis tranquillitatem circa solitudinem & anxietas  
tem, quod ipsum se observasse in Turcis affirmat HENR.  
BLVNT in Itinerar. Oriental. p. 95. sed miserum solarium  
contra durum necessitatis telum. Veteratorie SPINOZA  
de sua fati opinione differit ita: P. II. Etib. p. 91. Haec ergo do-  
ctrina praterquam quod animalium animemode quietum reddit, hor e-  
tiam habet, quod nos docet, in quo nostra summa felicitas, siue  
beatitudo consistit, nempe in sola DEi cognitione, ex qua ad ea  
tantum agenda inducimur, quae amor & pietas fruadet. Vnde  
clare intelligimus, quantum illa vera virtutis aestimatione aberrant,  
qui pro virtute & optimis actionibus, tanquam pro summa servi-  
tute, summis praemis a DEO decorari expectant. quasi ipsa virtus,  
DEoque servitus non esset ipsa felicitas & summa libertas. Cum  
itaque quaeritur, an sint certae & definitae quaedam regno-  
rum & rerum publicarum periodi, singulis propriae & cer-  
to annorum decursu descriptae, omnino in causis earum-

assignandis rationem ignoram nonnullorum dicere possumus, qva in contemplatione futurorum proprietatum homo aliquando ex mente Cel. LEIBNITII esse solet. Desidiae enim & inertiae plenum est effatum: Si futurum est necessarium, id quod futurum est, eveniet, quicquid agam, atqui futurum est necessarium, sive quia Deus omnia praenoscit, ita prae finivit ad ministranda, quaecunque in mundo fiunt, sive, quia omnia eveniunt per nexus causarum, seu denique propter naturam ipsam veritatis, quae in enuntiationibus de futuro determinata est. Praf. Theodic. Qvicquid enim ita evenit, ut declinari nullo modo possit, sed ineluctabili & determinato causarum nexu futurum est, ibi frustra desudat ratio, aut consiliorum libertas. Haec absoluti tati necessitas agitat Turcarum mentes, ut nihil non sibi eventurum putent, quam quod sit indeclinabile & prorsus necessarium. Quae placiti vis tam feroce ac metu expertes eos reddit in bello, in pestilentiae contagio aliisque periculis, ut nihil providentia aut fuga evitari a se posse ducant. Ita MARRACCIVS in Prodromo ad Refutat. Alcorani ex Sura 17. vers. 13 observat: Nullus est, qui nascitur, quin in collo eius appendatur chartula, in qua scriptum est: Infelix vel felix. & Sur. 32. narrat homo mendax, Deum implore nonnisi gehennam ex geniis & hominibus collectis, quo ipso intent necessitate homines ad peccandum determinari, id quod absurdum placitum confirmatur in professione fidei edita ab Algazelo: Vid Refut. Marracci p. 552. Duo singularia exempla affert de his HENR. BLVNT in Itinerario Orientali An. 1687. edito p. 94. non praesens contagium pestilentiae metuentium. Mitigare tentat hoc crudele somnium in Turcis RELANDVS de Religione Mahomet. P. III. Diffitendum etiam non est, cum vitam, mores & actiones sapientiorum in illa gente contemplamur, nonnihil abhorrens ab illa sententia quodammodo-

dammodo observari. Qvando enim non media conservandi in mari, aut vitae periculis prudentiam prorsus respidunt, certos ordines militares de praemiis quodā merito acquirendis alūt, quin etiam, vaticinia quamplurima habent, quibus animi de imperii conservatione contra Christianos, ad virtutem excitantur, re ipsa haec omnia opinioni suae adversa videntur.

§. 3. Perinde etiam, qui secundum leges mechanicas necessario omnia in mundo fieri putant, sublata omni libertate, & rerum contingentia omni negata, fati horrendi *βολελυγμα* introducunt, ac proinde fatales periodos regnum confirmant. Qva in parte omni deposita verecundia BENED. SPINOZA insanire coepit. Cum enim Deum

& universam naturam idem putat esse, nec Deum operari ex libertate voluntatis, nec propter finem agere res naturales, sed ordinem esse mechanicum, quo necessario nexu omnia existunt & fiunt, in inextricabiles labyrinthos se & alias praecipitat ac merus in Dei voce lusus, qui non causa efficientis mundi, sed ipse Deus dicitur esse. Sic enim Eth. P. I. p.

26. In rerum natura nullum datur contingens. Sed omnia ex necessitate divinae naturae determinata sunt, ad certo modo existendum & operandum. &c. p. 30. Nolumus hic cuiquam aspergere labem aut aspernari interpretationes, quae ad amolienda virtus, quibus infames suae sententiae sunt, adhibentur. Perit prodigium illud novum harmoniae praestabilitae seu systema Leibnitianum & Wolffianum, non unas hoc nostro seculo concertationes inter eruditos. Neque sane pauca sunt, quae Spinozianis & Leenhoffianis placitis similia annotavit LANGIVS in causa DBi adv. Atheos Tract II. membr. V. p. 484. & seq. Qva tamen profanae mentis suspicione utcumque se liberare ubique conatur Celeb. WOLFE IVS  
in den

in den Ausmerkungen über D. Buddi Bedencken p. 129. sind  
in der Zugabe c. II. §. 41 & 45 seq. Neque minus GE-  
ORG. HENR. RIBOW in der ferneren Erläuterung der  
vernünftigen Gedanken Hrn. Wolffs Cap. 2. ubi ita  
nexum quidem rerum necessarium a se affirmari aiunt, sed  
de pendente a causis efficientibus & finalibus, neq; nexus  
universalem Mechanicum doceri, sed nexus universalem  
harmonicum, qui esset Mechanico - Pneumaticus, ita Autor  
dissert. de usu philos. Leibnitianae & Wolffianae in Theol. p. 100  
§. 13. quamcunque, inquit mundi vel partem vel statum cogites,  
semper variabilem invenies, si igitur omnes sunt mutabiles, omnes  
sunt contingentes, cumque omnium complexus mundum exhibeat, mun-  
dus ipse contingens. Plus tribuere Wolffiano candori  
volumus, quem in libro von den Absichten ostendit, ac  
maxime in praefatione præfixa, quam Langiana est suspi-  
cio, ubi ad specimen tantum haec esse dicta putatur, Spino-  
zistini & Cartesianismi placitum in pectore ali finesque re-  
rum prorsus negari. Aequiorem postea animum Langius  
in ipsum videtur ostendere in praefatione ad *Anatomiam*  
*novam Syst. Wolffiani*, saltim crimen Athei non vult a se  
ipsi impactum. De cetero nos optamus, ut, quam fati de-  
finitionem ex DANHAVERI *Hodo-soph.* p. 320. & seq. KRO-  
MAYERI *Theol. positiva tum & Dissert.* Celeberrimi Medici  
HOFFMANNI de fato phys. & medico & aliis suam faciunt, atq;  
ab iis esse nolunt dissentientes, nec sententiis, nec animo di-  
screpare pergent.

§. 4. Neque minus absolutam fatalitatem inducunt,  
qui iustitia arbitraria seu dominica Deum agere cum homini-  
bus existimant, eosque calamitatibus exercere sine habita ra-  
tione ad vitam vel piam vel impiam. Sufficere inquietes,  
Deum nemini teneri, aut obligatum esse superiori, cui de  
suis

suis decretis & factis ratio sit reddenda. Impingunt in ea  
asdem syrtes, qui decreto absoluto a Deo praeordinata, quae  
eveniunt, esse dicunt indeclinabiliter & necessario, quod cum  
mollissime explicant, voluntatem Dei vocant, aequa immuta-  
bilem atque ipse Deus est. Qvo pacto etiam Heidano di-  
citur fatum voluntas seu decretum Dei de rebus omnibus.  
Conceditur ab iis voluntas ordinans & determinans media seu  
conditiones, non autem voluntas & decretum conditiona-  
tum. Esse quidem, inquiunt, res volitas atque decretas li-  
beras & contingentes, quae ad causam proximam attinent, a  
qua proveniunt, in cuius libertate positum erat, ut potuissent  
non proficisci: necessaria esse respectu divini decreti  
aut voluntatis, quae immutabilis est, respectu cuius non  
possunt non fieri. Ita autem una eademque res & contin-  
gens s. libera & non contingens esset, pro diversitate prin-  
cipii activi, item etiam necessaria & non necessaria, ut vi  
decreti divini, cui omnia subsunt, non posset non esse, ideo-  
que necessarium. Foret autem non necessarium ob liber-  
tatem humanae voluntatis, ita ut potuisset non esse, quod  
tamen plane inconveniens videtur. Videmus igitur non  
absoluta necessitate fieri omnia, salva tamen sic manente im-  
mutabilitate voluntatis divinae, itidemque immutabilibus de-  
cretis. Diversi actus decernendi circa obiecta externa, aut  
diverse etiam agendi modus non infert mutationem in  
principio activo, sed in obiecto, quod pro varietate qualita-  
tum suarum se contemplandum repraesentat. Perinde uti  
in solis corpore tanquam principio activo immutabilitas ob-  
servatur, ut in obiecto externo quaedam appareat diversitas  
factae operationis. Nihil mutationis intellectus Dei subit  
ex diversitate plurimorum obiectorum, aut varietate modi  
cognoscendi. Varius repraesentandi modus oeconomiae

V. & N. T. non alium faciebat intellectum, ita nec voluntas mutabilis quanquam sit conditionata, neque decreta sunt mutabilia, licet & haec sint conditionata. Sunt haec immutabilia & *subjective* & *objective* & *terminative*. Qvod si non eveniunt, quae hypothetice aut conditionate a Deo sunt decreta, non mutatur decretum: non enim aliter evenire voluit Deus aliquid aut decernere, nisi sub adimpta conditione. Voluit autem evenire, illudque decernit etiam implera conditione. *Manet decretum hypotheticum ratione terminacionis etenus immutabile, quatenus saltim adimpta conditione infallibiliter id evenit, quod eodem fuerat praeordinatum.* DONATI Pnev. C. 17. Vedit & observavit solitos illos nece titatis absolutae labyrinthos, eosdemque eleganter notavit SIMON EPISCOPIVS Opp. Lib. 4. de *praedestinatione* his verbis: *Quod ad securitatem adtinet, non minus facilis ex errore isto in eam prolapsus est: Quae enim consequentia aut clarior aut certior dari potest quam ista qua Landgravius ille apud Heisberachium libr. I. de memor Hist. Cap. 27. uteatur, cum ab amicis monitus esset ut vitam mutaret & respiceret?* Si inquit *praedestinationatus* sum, nulla peccata mihi poterunt regnum coelorum anserre; Si reprobatus, nulla opera valebunt conferre. Solis radio scripta est haec consequentia. Nec obscuratur aut enervatur per id, quod dici solet, complures tamen esse inter istius sententiae assertores, qui desperationis & securitatis omnis hostes sunt, quin & probi ac pietatis studiosissimi. Aliud enim est complures tales esse, aliud eos ex doctrinae istius genio tales esse. Rette Cicero de *Epicureis* dixit Libr. II. de *Finibus bonorum & malorum*. Ita vivunt quidam, ut eorum vita probetur, refellatur oratio; atque ut ceteri existimantur dicere melius quam facere, sic hi mibi videntur facere melius quam dicere. Nec per id quod adi solet, assertores istius sententiae gnaviter etiam & suos a securitate debortari, & ad finem bonorum operum debortari solent. *Quia aliud est debortari a securitate*

securitate, aliud securitatis causam & fundamentum tollere. Recte iterum Cicero contra Epicureos Libr. III. Officior Quasi, inquit, ego cu-rem, quid ille aiat aut neget: illud quaero quid ei, qui in voluptate summum bonum putat, consentaneum sit dicere. Optime sane de Ti-berio dixit Svetonius Cap. LXIX. Circa DEOS & religiones neglig-entior erat, quippe additus Mathematicae, persuasionisque plenus omnia fato agi. Hactenus Episcopius. Ceterum voluntas Dei conditionata, tum & libertas hominis satis ostendunt non absoluто decreto neque absoluta potentia Dei fieri, quae fi-unt in mundo, aut quae incident saepe mortalibus mala, ex dominio quod in creaturas habet, uti HOBBESII, NI-COLAI MACHIAVELLI, WILHELMI de TEMPLE multorumque sententia fuit. GERDES in *Theatro fati Sve- cici* p. 108. seq. Neque mirandum eiusmodi formulas lo-quendi saepe in libro RICHARDI STEELE, cui titulus: SPECTATEVR inveniri, ut & in Apologo FENELONII, E-piscopi Cameracensis, qui inscriptionem fert *Telemachi*. Vi-tia quidem seculi, idem eruditissimus Vir, quae Principi viranda non male depingit, avaritiam scil. dominandi libi-dinem, ambitionem, luxum, adulatorias aulicorum blandi-tias, & si qua alia tamen uti in aliis libris fanaticismi, sic in hoc fati Stoici obscurum ingenii abortum non semel pro-dit, qui est, ut persvadeat, fatali necessitati omnia subesse, nec quicquam, nec Deum ipsum, quod auditu horrendum, contra eam valere.

§ 5. Dudum explosa est sententia eorum, qui astro-rum virtuti illas tribuunt mutationes, aut diversas hominum occupationes earumque eventa. Mirum ut sit HANE-MANNVM Doctorem Kiloniensem nuper defunctum adeo futilitati Astrologicae institisse, quo solidius illam confutavit STURMIUS Iunior in variis scriptis aliique sapientes, o-mnem.

mnemque illum Astrologorum splendidum apparatum ad  
Pseudomathematum classem relegarunt. Magnif. D. KLAV-  
SING *Dissert.* de Pseudomath. P. BAYLE in *Libr. de Cometis*  
& in eius continuatione, ubi tamen partim iocandi licentia,  
partim ut videri vult, iudicandi aequitate id agit, ut aut Atheis-  
mo crimen aut superstitioni labem pro more suo abstergat.  
Verum sane illud est VAL. MAX. L. I. *Mathematici levibus*  
*& inceptis ingenii fallaci siderum interpretatione quaestuosa men-*  
*daciis suis caliginem iniiciunt.* Plura de his tradit IONSTO-  
NUS C. VIII. *Thaumatograph. nat. ALEXANDER de AN-*  
*GELIS* libris quinque in *Astrologos Coniectores* Lugd. 1620. ed.  
Admodum eleganter TYCHO de BRAHE: *Certum est,* in-  
quit, *astrorum decreta in veram religionem & pietatem nihil iuris*  
*habere, cura hae non ab astrali influentia, aut naturali lumine, sed*  
*soius DEI Spiritu & dispositione procedunt.* Addimus etiam &  
illud, quod in mutationes rerum publicarum nihil iuris &  
virtutis habeant. Solenne Platoni fuit, omnia sublimi ser-  
monis pompa iactare & sesquipedalibus tradere gryphis.  
Aenigma igitur eius ingenio dignum fuit, quod tradit arithmeticum de conversionibus rerum publicarum, quando di-  
xit: *Politias mutari, cum fundus sesquitertius quinario iunctus duas*  
*exhibit harmonias ter auctus.* Non sufficiebant antiqui  
Oedipi, nec Aristoteles discipulus pro suo acumine, nec alii  
qui tantopere in solvendo aenigmata alioqui desudarunt.  
Feliciorem se aliis putavit quodammodo esse IOANNES  
BODINUS in *Libr. IV. de Republ. C. II.* ac si non omnes inex-  
tricabiles nodos solvit, multos tamen Astrologorum errores  
calculosque historicorum varietate sua dubios notavit. Ac-  
curate etiam disputat C. I. de differentia, quae est inter mu-  
tationes & alterationes rerum publicarum. Nos hic gene-  
ratim, quae incident ab ortu aut progressionе efflorescentis  
republi-

reipublicae, qualescunque mutationes tantum observamus.  
Ceterum satis bene de Platone ita iudicat in Libr. de Methodo  
histor. C. 6. Absurdum mihi videtur, quod Plato rerum publicarum  
exitus & vicissitudines, sola numerorum potestate metitur. Tametsi  
enim Deus immortalis, potentia, numeris, ordine ac mensura mirabiliter  
colligantur, non tamen numerorum viribus, multo minus fato tribuen-  
dum est, sed maiestati divinae, quae ipsa, ut Augustinus scribit, fatum  
est, aut nullum omnino aliud existit. Scite quoque gryphos il-  
los refellit CASA in Sphaera civit. C. XII. imo de industria  
se vehementer scribere dicit, quod multi suo tempore es-  
sent divinatores temporum, qui fatalia multa ausi sint au-  
gurari. Unde etiam ita pergit: Non video fatales morbos, di-  
es criticos & sepulera rerum publicarum tam certe & definite posse  
ipsum Atlantem divinare. Nam quos pulsus civitates habent,  
ut eorum motu langvidiore dira adesse fata divinemus? Cer-  
tam periodum imperiorum numero, motu, fato aut quovis alio humano  
& naturali modo statuere, est meo iudicio divinæ providentiae plu-  
rimum detrahere. Consulatur Oratio ab EUSEBIO MENIO  
Prof. Vitteberg. hab A. 1571 Tom. VI. declamat. Melanch-  
thon. quae non tantum argumentorum, sed & verborum  
& rerum similitudine convenit cum Epistola dedicatoria  
CASP. PEUCERI Chronico Carionis praefixa. Qua in parte  
quodammodo consentientes sunt KECKERMANNUS in  
Polit. Cap. 26. PEVCERVUS de divin. gen. & ALSTEDIVS in  
Encyclopaedia Polit. Lib. XXIII. C XII. ubi quidem vim nul-  
lam astris tribuunt, qua motus queant in regnis cieri, ma-  
gnam tamen in humanas mentes ea habere affirmant, a  
quibus conversiones orientur. Ita enim Alstedius: Coelum  
& meteora & in his cometæ mirum in modum alterant humores  
bominum, & consequenter animos, ac proinde aliquam vim habent  
in rebus publicis mutandis. Hunc non pigebit evolvere & nu-  
meri

*meri nuptialis*, ut vocat Plato, rationem & schema inspicere, cuius sonitus cum interrupitur, concidere etiam respublicas & conturbari arbitratur. Meminit idem Alstedius Copernici opinionem Eudoxi de motu terrae renovantis, notatque eum, cum conversiones & occasus rerum publicarum ab eccentrici motu, qvem terrae tribuit, pendere contendit.

§. 6. Ceterum uti sua aetate ARISTOTELES risit Platonis numeros *Lib. V. de Republ. Cap: 12.* ita parum solide disputant, qui annis 500. aut 700. per quos regna aut respublicae duraverunt, fatales periodos putant esse, aut plane exitiales: KECKERMANNVS praecipue, a Bodino & Richtero *Axiom. Polit. axiom. I. & 2.* exemplorum allegatorū auctoritate nixus id affirmare tentat, hanc addens rationem, quod intra hoc spatium temporis decurrat sexta circiter hominum generatio, quae generatio deficit & defletit ab eorum hominum simplicitate, labore ac fortitudine, qui initio eiusmodi imperia virtutibus acquisiverunt & conservarunt. Sicut enim corpora humana quarta & quinta generatione fiunt langvidiora, ita etiam decrescit robur ac fortitudo, quo labore ac virtute bellica praecipue regna acquiruntur, conservantur atque propagantur. Quae etiam verba sunt ALSTEDII l. c. Verum uti numeri, docente ipso Aristotele, nulla est efficacia, ita & praeiudicata quadam opinione *de natura deficienti* laborat uterque Alstedius iuxta ac Kekermannus. Aliter sane perswasum est meliora sentientibus. vid. SENECA *de benefic. L. 1. 10. & Ep. 97.* IONSTON *de Constantia natur. ALEX. TASSON. L. ult. var. cogit. Dissertat. SCHMIDII de Senio naturae Lips. hab. 1670.* Parum iuvat Kekermannum & alios comparatio instituta inter has rerum publicarum periodos & annos hominum clima-

climactericos, qui magnas mutationes in corporibus huma-  
nis excitare putantur. Verum nec illae quoque mutationes,  
quae incident & oriuntur in nono aut septimo aetatis anno,  
aut aliquoties eodem multiplicato, ipsi septenario aut nove-  
nario numero speciatim, sed aliis causis, quae accident aeta-  
ti, sunt adscribendae. Elegans eo de argumento est Oratio  
PETRI CVNAEL *in volum Orat.* Nolumus hic cumulare  
exempla regnum & rerum publicarum, quae simili anno-  
rum ambitu steterunt & occiderunt. Fuit in nonnullis pe-  
riodus vel annus quingentesimus, in aliis septingentesimus,  
aliis brevior, aliis longior videbatur terminus a DEO con-  
stitutus. Conf. BRVNNERI *Fatum Theolog. historic. Cap. VI.*  
*Seft. I. § 9. 10. 11. 12.* Hoc in annorum numero non alia  
convenientiae ratio esse videtur, atque esse solet in similitu-  
dine lineamentorum aut aequalitate aetatis, qua inter se plu-  
res mortalium conveniunt. Pro illo autem, quo erat Ari-  
stoteles iudicii acumine, sapientibus praे ceteris inter anti-  
quos satisfecit, solas intuitus causas propinquas in rebus pu-  
blicis, quibus motus fieri, efficique mutationes & quasi me-  
tas constitui aut definiri circuitus durationum demonstrat.  
Omissis itaque fatalibus causis aut physicis, tantum morales  
perseguuntur, neque adeo astra aut coelum conscendit, sed  
morbos scrutatur politiarum, vitia & cupiditates hominum,  
quibus inter se irritati & accensi res novas moliuntur, ac  
praesentis status vel pertaesit ei immutando aut inhiant aut  
frustrati sua spe, saltim occasionem praebent conversioni  
ac maturandae ruinae. Vbi inter maxima vitia ponit inae-  
qualitatem, praecipue in Democratico statu, quae impedit,  
quo minus amore & benevolentia coalescant & consolentur  
animi, quin potius aliorum deprimendorum libidine, aut  
suspitione lucri & dignitatis amplioris obtinendae dissolvi &  
diffilire

dissilire videantur. Sunt utique vitia quaedam communia, quae totum occupant regnum, aut in tota regnant civitate alia sigillatim imperantibus, iisque, qui praesunt civitati gubernandae, propria sunt, morbidumque statum efficiunt: alia iterum sunt, quibus nonnulli tantum cives polluti reperiuntur.

§. 7. Casu igitur cum nihil accidat in orbe, sed sapienti praemiorum & poenarum dispensatione divina omnia fiunt, fata sic evenire & disponi & pro ratione flagitorum interdum mitigari, ac pro magnitudine earum aut precipitari, & neglecta omni indulgentia resipiscendi extremam ruinam accelerari videntur. Ad hunc modum ex sacris literis commonefactiones divinae adducuntur, itemque comminationes & promissiones. Prostant exempla earum rerumpublicarum, ubi illas vicissitudines ex hisce causis derivatas apud multos Scriptores allegatas reperimus. Congrue quodammodo BODINVS de Republ. C. 2. Libr. 4. Quemadmodum, inquit, hominem aliter pector, aliter medicus & animum aliter physicus, aliter theologus contemplatur: Sic quoque rerumpublicarum statum aliter politicus, aliter astrologus (physicus.) aliter Theologus dijudicat. In gravescentibus autem peccatis aliis nullum certe felicitati Reipublicae exitiosius flagitium est, quam numinis contemptus, spreta violataque salutaris doctrinae religio, aut abiecta erga DEum reverentia omnis & cultus. Sed de his passim & communiter omnnes, qui causas conversionum praeter divinas tum morales, tum naturales, internas & externas, propinquas & remotas, ethicas & politicas, in politicis libellis excutere solent. CASP. PEVCERVS in Orat. supra allegata KECKERMANNVS: ADAMVS RECHENBERGIVS Tom. I. Dissert. Part. 1. Dissert. an mundus exigua regatur sapientia? C. 1.

¶ Parte

**¶ Part. II. Diff. III. de vitiis, quibus impar est Respubl. Aphorism.**  
**I. RICHTER in Axiom. Polit. RHEINHARDVS in Thesatre**  
Prudent. civil. ex quibus iam plura arcessere supersedemus.  
Ex his itaque conficitur, nil metuendum esse periculi  
ex numero, nec praestitutas esse & definitas absolute fatales  
periodos, esse tamen circumscriptos rerumpublicarum ter-  
minos, qui a certis pendent causis & conditionibus, quibus  
permotus DEus omnium rerum arbiter omnia disponit.  
Hinc indulgere solet vel feliciorem vel infeliciorem statum,  
longiorem aut breviorem terminum, aliquando etiam cri-  
minibus mortalium incensus inexorabilem se praebere, ex-  
tremam ruinam & perniciem accelerans, infallibili praesci-  
entia non emendandae vitae propositum in immorigeris  
intuitus. Haec qui ponderat, contemplatus itidem animo  
exempla in Scriptura Sacra copiosius annotata, facile  
intelliget oracula divina, quae de iñutandis evertendisq; aut  
conservandis rebus publicis agunt. Omnem autem cum  
lateat terminus ille a DEO praefixus itaque decet conten-  
dere votis, vitae probitate & cultu, ut Deus reipublicae, in  
qua vivit, fatorum felicissimorum largiatur successum.

§. 8. Jam de fatis, quae urbi Thorunensi accide-  
runt, nonnihil, ut supra commemoratum est, adiici-  
emus. Quae vero diversitas virium in aetatibus hominum  
observatur, ea etiam diversis Reipublicae nostrae tempori-  
bus usu venit. Primis annis surrexit ab ortu suo, crevit al-  
tero seculo, stetit tertio, quarto floruit, quinto inclinati coe-  
pta est, ac variis calamitatum vicissitudinibus tentari ac con-  
quassari. Praesertim praesentis seculi decimi octavi ini-  
tia omnibus fere liberis civitatibus periculi plena acciderunt,  
ac bello Gallico quod in germania gestum est, incubuit tem-  
pestas, Ulmae, Augustae Vindelicorum, Norimbergae ali-

isque Germaniae Superioris civitatibus, Hamburgo Lube-  
cae & aliis finitimis Germaniae inferioris Svecico Russico-  
que bello. Ita fere nihil non ad perniciem earum aemula  
fortuna accelerasse videbatur. Nequid dicam de internis  
civilibusque turbis quibus tum aliae tum & nostra Civitas  
varia ratione iactata misere fuit. Per quinque illa, quae  
duravit secula, eundo summatim fortunae variantis vicissi-  
tudines notavit Magnificus & Consultissimus Dn. Zerneke  
in præfatione quam tractatui præfixit, cui Titulus **das be-**  
**Kriegte Thorn** ac pro illa, qua est in evolvendis patriæ re-  
bus diligentia singulari, tantum non omnia notatu digna con-  
quisivit. Nos in præsenti exercitii causa, ea quae de fatis  
Thorunii observanda putamus, in duo capita dispescere vo-  
lumus, ut primo loco felicia, quibus crevit & floruit, ac de-  
inde infelicia quodammodo describamus. Id adhuc, quod  
supra notare debuimus, adiiciendum putamus, ex antiquo  
MSto de initiis urbis nostræ, ubi ita verba : **Herman Bal-**  
**cke bauete Städte und Schlößer und bezwung das**  
**Vold die Preussen das sie die zerbrochene Städte wie-**  
**der aussbauen musten/ und der Orden bauete eine**  
**Stadt/ zu Ehren dem lieben Sanct Joan Baptista, hart**  
**an der Weichsel/ und hieß sie Torne.** Ex quo facile ef-  
ficitur Thorunium illud antiquitus usitatum insigne sancti  
Joannis effigie ornatum, inde accepisse, cuius B. BOEH-  
MIVS in *Diss. de Insign. Thorun. quae Meletomatibus Thorun. Tom.*  
*II. inserta p. 14.* paucis tantum mentionem fecit, nec in o-  
riginem nec antiquitatem inquirens. Illo autem documen-  
to rem alioquin obscuram redi clariorem censemus, praesertim quando aliarum quoque civitatum spectamus exem-  
pla, quae Tutelarem patronum, sanctum aliquem cui dica-  
tae, in ipsis insignibus aut ordinaria moneta repraesentatum  
exhibue-

exhibuerunt. De quibus exempla suppeditant RHONIVS in  
Ioanneis Vratisl. Exercitat. Hist. Cap. 1. Gottfr. Deverde de  
in Siles. Numism: p. 184. de Capite Sancti Ioann. in Insignib.  
& numis Vratislavienibus apparente.

§. 9. Paruit civitas Thorunensis primis aedificatoribus per 223. annos ac praesertim initio per breve annorum spatium ad magnum honoris splendorisq; pervenit fastigium. Ob loci enim amoenitatem, commoditatem, ad commercia traetanda, fertilitatemque agri, & ob amplissimas libertates per Privilegium vel pactum Culmense concessas, excitati complures ex variis regionibus huc confluxerunt, urbemque incolentes paulatim reddere ampliorem studuerunt. Quippe egregiis libertatibus frui coeperunt, quando iudices magistratusque annuos creare potuerunt, cives etiam praedia bonaque emere ac possidere. Praeterea immunes facti cives ab omnibus, ut habet ipsum Privilegium collectis iniustis & inhospitalitationibus coactivis aliisque exactiionibus indebitis, & quod optimum, exempti ab omni penitus solvendi telonei onere, vid. Privil. Culmens. quod a Germanis nomen die Culmische Handveste accepit, HARTKNOCHII DUSBURGO anno. p. 453. art. 21. &c.

§. 10. Hoc pacto crevit civitas aucta incolis, vigitque mercatura, quae facilimum comparandarum opum subsidium, adeo ut Thorunenses in Angliam, Bataviam, Sveciam Daniamque per mare Balthicum navibus suis migrarent, atque tum felici mercatura successu dignitatem urbis Anseaticae in ordine quintae eo adhuc seculo conciliarent. HARTKNOCH. in Epist. dedicatoria Duisburgii Chron. Schutz, in Annalib. p 107. Nequem mirandum, potuisse Thorunenses navibus in flumine Vistula navigare, quando olim illud flumen angustioribus terminis continebatur, pro

eius altitudine maiorum oneriarum navium patiens. Nostris autem maiorumque temporibus variis aquarum inundationibus latius se diffundere coepit &, antiqua altitudine amissa, patentiori alveo decurrit.

§. II. Inde divitiarum copia amplificatis civium rebus eo felicius floruit, neque minus aedificiis tum publicis tum privatis splendide exstructis magis magisque extescere, adeo ut Dlugossus suo tempore non dubitaverit dicere *Thoranium pulcherrius aedificiis & tectis, ex coccio latere irradiantibus adeo memorabile existere, ut vix aliud sibi pulchritudine situ & resplendentia exaequari possit* Hist. Pol. L. I. p. 43. Nihil ergo defuit Civitati quoad splendorem externum a decus, praesertim cum anno 1413. Magistratus perinde noster atque alii ex reliquis civitatum Maiorum Prussicarum magistratibus in Senatum Prussiae Sanctiorem cooptarentur. Hac quidem lege, ut quovis tempore duo legati e Senatu Thorunensi, Elbingensi, Gedanensi aliisq; pluribus civitatibus in conciliis a Magistro Generali & ordinibusque Prussiae convocatis assiderent. Quorū officiū porro erat, ut attenderent, ne quid contra iura cum equitum tum civitatum Pruthenicarum decerneret Teutonicorum Ordo, neve sine consensu equitum civitatumque bella indiceret vel finiret, fœdera pactaque sanctiret, vel Prussiam exactionibus premeret SCHVTZ. L. III. f. 118. & Celeberr. LENGNICHIVS in Praef. Tom. I. Hist. Sig. I. ac Clariss. SEYLERVS in diss. de Tribus maioribus civitatibus. Illud quoque huic dignitati accessit ius, quo frueretur Thoranium Gedanumque, monetam nempe cudendi & quidem Anno 1427 ea tamen sub conditione ut dimidia fructus pars Magistro cederet Generali Schutz. & Magnif. BRAVNIVS in Tr. vom Pohlischen und Preußischen Münzwesen p. 34. 35. 39.

§. 12. Ei tamen altius surgenti felicitati invidebant cruciferi : toti enim Prussiae tum praesertim Thorunio pro lubitu & voluntate insultantes, neglectis legibus omnibus & statutis imperare & dominium absolutum exercere intendebant, id quod scheda in arce Mariaeburgensi reperta luculenter testatur, quae apud Waiselium habetur, ex qua sequentia tantum annotamus. Es haben die Bürgere in den grossen Städten eine Sitte und Gewohnheit, wenn ein Hauss-Comthur oder gebohrner Herr, des Ordens Bruder, zu Gerichte gehet so sezen sie ihm den Schulzen zur linken Seiten, das ist unbillig und muß abgeschaffet werden.

Zu Thorn ist ein Comthur gewesen der hat alle Wiesen des Hauses der Altenstadt geschenken, und ihr darauff Brieße gegeben. Es soll wiedergegeben werden.

Es ist nöthig zu verordnen daß die Burgermeistere Rathsmanne Schulzen und Schöppen und Geschworne auch etliche aus der Gemeine in den Städten jährlich barfus auff das Hauss gehen möchten, u. alle Schlüssel zu den Thoren überantworten und dann sie ihnen wiedergegeben könnten werden WAISEL. fol 191. Vnde cognoscere licet quam infensissimi fuerint hostes libertatis omnis & quanta autoritate an dicam crudelitate ad deformis servitium cogere, in eoque continere laboraverint omnes, quos subiectos sibi habebant. Ut taceamus iam violatae aequitatis humanitatisque exempla, quæ passim apud Schutzium aliosque inveniuntur.

§. 13. Ad scopum nostrum pertinet ut hoc tantum observemus, qua ratione e castro Thorunensi eiusdem Cruciferis in libertatem se vindicaverint sigillatim Thoruneses eorumque foederati: quæ memorabilis rei gestae narratio, diverso modo solet explicari apud scriptores, a qua quodammodo alienior est sequens quam ex MSCro quodam Thorunensi non ubivis obvio observatam huc referre licet.

Am nechsten Donnerstag darnach (nehmlich als sie den Orden  
den Absag-Briess gesandt) wurden zu Papau auff dem Hause  
etliche Gebiethiger gefangen die gen Thorn wolten kommen umb  
zu theidigung in der Sache des Bundes, als der Obriste Mar-  
schall. von Königsberg, Comithur von Dangig und Grandenz,  
Bellermeister und Pfleger zu Papau, der Grosschaffer ein welt-  
licher Graff. von Gröningen mit allem ihrem Besinde und ge-  
führt nach Thoren de qua re etiam & quidem copiosius.  
hab. Henneberg. in der Erklärung der Preuschen Land-  
raffel p. 341.

Eod. die des Morgens ward das Haß in Thoren von Land  
und Städten zu ergeben gefordert und nach Mittag gestürmet  
auff beyden Städten und auch von der Vorstadt und Freyheit,  
den halben Tag bis in Mitternacht, die vom Schlosse schoffen  
auch auff die Stadt, sie thaten aber keinen Schaden. In der  
Nacht brandten Sie die Vorburg selber aus und darnach sand-  
ten sie den Briess hienab an Land und Städte und begehrten  
sich abzudingen, also, daß man man die Herren mit allen denen  
so auff dem Haß waren herab ließ. Sie mussten geloben auff  
kein Haß im Lande sich zu begeben, ihnen aber ward zugesa-  
get Herberge 14. Tage in der Stadt mit allen ihren Gütern,  
was aber zum Haß gehörte von Büchsen Pulver gelothe Kir-  
chen Geräthe Virtualien von Born Wein ic. musste beym Haß  
bleiben. Alle aber so aus der Stadt hinauff abgetreten wa-  
ren und entwichen, mussten von Stund an über die Weichsel  
aus dem Lande, auff Vorbitte der Creutziget lassen ihnen  
Landt und Städte das Leben fortan wurden alle Städte und  
Schlößer binnen einen Monath eingenommen außer Marienburg  
und Stum vid. MStum. Adversatur quidem Schutzio haec  
narratio, qui dolo arcem captam esse ait in annalibus Prussicis,  
cum Bachanalia sua celebrarent Cruciferi: invitatis in suam  
perniciem ad hoc spectaculum feminis, sed vix credi potest  
homines virtute alioquin insignes tam imprudenti securitate

a se

a se discessisse, praesertim cum scirent, quibus dissidiis, turbis & odio flagrarent Prussi omnes, ac cives sigillatim molirentur. Consentire cum supra allegatis videtur Hartknochius, quando vi occupatam arcem esse tradit *in Prus. p. 361.* Expugnata iam arce cuius se submitterent imperio, Equites Prussi civitatesque, inter se consultarunt contra Cruciferos tutelae & auxilii afferendi causa. Haud opportunior quisquam visus est Rege Casimiro, tum ob clementiam, gratiam virtutemque insigni, tum ob regni vicinitatem proximo. Neque multo post legatis ad eum missis gratiam auxiliumque ipsius implorarunt. Rex audita legatorum oratione, consilii viriumque propriarum inopes, aut potius de iisdem desperantes, liberaliter suscepit, ac suo patrocinio tutandos promisit. Neque minus fide data de libertatibus & iuribus servandis equitibus pariter ac civitatibus clementiam confirmavit : Qua de re gesta duo testantur singularia scripta quorum unum Reciprocam Sponzionem, alterum Privilegium incorporationis vocamus. Vid. *Lengnich. Norm. hist. Regimin. Pruss. §. 5. Tom. III. ubi p. 3. §. 3.* promulgatis loco agit, & *Hist. Henrici* p. 99. contra Stan. Karnkovium, Prussiae iurium censorem minus aequum & accuratum.

§. 14. Atque illud merito inter maxima & felicissima Thorunii numeramus fata, quando a Cruciferoru*m* iugo liberatum sub imperio Potentissimorum Poloniae regum per 300 fere iam annos potuerit esse. Horum quippe gratia civitatis Splendor & commoda, crescere, servari & variis privilegiis coepta sunt augeri. Flectere in se gratiam Regum videbatur obsequium in praestandis officiis, & in pendendis sumptibus variis facilitas, aliisque in Republicam Polonam benemerendi documentis, de quibus Magnif. Zernekius, Nobil. Lengnichius, Schutzius & alii scriptis suis passim

passim explicarunt. Hinc etiam commemoranda venit  
Fides ac Constantia Civium Thorunensium, variis Rei-  
publicae casibus & periculis abunde probata, cultusque &  
obseqvii religio, magno etiam suo fortunarumque dispен-  
dio declarata. Enituit maxime eorum constantia tempo-  
re cruciterorum valde & dubie aliquando a magistro ten-  
tata generali. Hic enim anno 1455. prima luce cum 1500.  
armatis ad urbem venit Praesidemque ad colloquium in-  
vitavit fallaciter. Hoc autem denegato ad Senatum popu-  
lumque Thorunensem alias mittit literas, in quibus mu-  
neribus ad suam perducere voluntatem & a Casimiro Re-  
gis obseqvio abalienare est annis. Denuo frustratus  
sua spe responsi accipiendo, praeconem mittit, qui explo-  
rata civium mente, eos commoveret. Id vero tulit re-  
 sponsi, nimis sero Magistrum generalem oblatis muneri-  
bus solicitare civitatem. Scire illum optime, qua de cau-  
sa defecissent, si armis civitatem cogere vellet, aggrede-  
retur eam, intellecturum, quid Cives Thorunenses virtu-  
te possent. His cognitis aestuans ira odioq; quasi in furorem  
actus, suburiis incensis de repente se proripuit. Vid. MStum  
supra commemoratum. Pari virtute & Constantia in Re-  
ges se postea Cives Thorunenses praebuerunt, cum Teu-  
tones Cruciferi anno 1456. 1457. 1458. & 1464. urbem ag-  
grederentur. Qvo tempore hostes fortiter profligati ci-  
vitasque servata legitur: Vid. MS&t. & alii. Imprimis  
autem bellis cum Sveciae Regibus gestis cognitum est,  
quanta animi constantia, fideque Serenissimos Poloniae  
Reges coluerint cives. Nempe anno 1626 Gustavi Adolphi  
Sveciae Regis undiquaque in Prussia Victoris, constanter  
renuit oblatas conditiones, quibus urbem defendere & in  
suam suscipere tutelam promisit, si forte a Sigismundo Po-  
loniae

Ioniae regis obsequio desciscere vel ei suppétias recusare vellent. Lengnich Tom. V. p. 188. Meruit inde Thorunum illum honorem, ut ei & Gedano in Comitiis Thorunensibus nomine Serenissimi Regis agerentur grates ac ultraque civitas per omne illud bellum a contributionibus solitis liberaretur Vid. Constit. 1626. *Art Miasla Torun, Gdansk.* & Constit. Comit. Varsaviens. An. 1629. mense Febr. hab: *Art. Miasla Thorun.* Neque Thorunenses exterriti aut fractis animis imbelles facti, quando hostem nō enibus appropinquare viderent. Nam damno suo patriae saluti posthabito, ipsi suburbii incensis ac fumo hostem divexatum, ne longius progrederetur, penitus prohibuerunt. Hinc factum, ut in Comitiis Varsaviensibus Ao. 1629. mense Novembri habitis Civitas Thorunensis ob Constantiam fortiter probatam a Proceribus regni Regis gratiae enixe commendaretur. Vid. Const. 1629. *Miasla Torun, Gdansk.* Lengnich Tom. V. hist. p 233. Ao. 1655. invita quidem venit in potestatem Svecorum, sed laetiori fortuna rediit aequis conditionibus ad Regis sui pristini gratiam & tutelam Ao. 1659. Tandem An. 1703. a Carolo XII. Sveciae Rege obsidione cincta misereque convulsa, ac propemodum deleta novum constantiae virtutis & fidei in Regem pariter & Republicam cum summo suo detimento dedit documentum. Vid. Conradi Thamnitii Oratio de constantia Civium Thorunens. per ignem probata & Magnif. Zernecke *Bekrieg. tes Thorn.*

§ 15. Obsignarunt Reges laudem civitati datam gravissima testimonii sui auctoritate cum sequentia in privilegiis concessis leguntur verba.

*In Priv. Iuris Stapul. a CASIM. III. dat. gemercket haben Der Stadt Thorn unser liebē Getrennen die stete Getreuenheit und*

und viele andre verdriesliche Volleistunge/ vermittelst welchen sie uns in Wiedererwerbung unserer Lande mit steter Getreuenheit und festem Gemüth haben beygestanden: umb welcher Verdienste willen wir sie mit Königlicher Gunst und Gnade wollen versfolgen/ auff das andere solcher Unserer milden Belohnung/ und begnadigungen beweichen und zu sämtlichen Diensten zu beweisen hitziger entzündet würden.

*Idem CASIM. in Priv. super bona terrestria & Priv. monetam euendi Mariob. 1457.* Wie wir angesehen/ und mit reifflichen Rath haben betrachtet die Treue und mercliche Dienste die Uns mit grossen Zehrungen und Anlaßungen die Nahmhafte v: der Stadt Thorn unsers besonders liebe Getreue/ Uns in Wiedererwerbung der Lande Preussen/ mit grosser Beständigkeit bewiesen und angehangen haben: die wir als billig mit Königlicher Gnade wollen versfolgen.

*Idem CASIM. III. in Priv. restringenda navigationis Nessonviens. An. 1474.* Vnde cupientes civitatis nostrae Thorunensis praedictae (quae in facultatibus suis & decore solito tempore belli Pruthenici Nobis fideliter assistendo non exigue decreverat) efficere meliorem.

*SIGISM. I. in Priv. donat: AltThorn An. 1515.* Quia cum Civitatem Thorunensem & eius ProConsulum & Consulum fidem & bene merita gratia singulari prosequimur & praesertim, quod PraeConsules & Consules, praefatae civitatis in decumulandis nostris utilitatibus experti sumus esse sollicitos: donamus. &c.

*Idem RBX Sereniss. in donationis Privil. Castri Birglow 1520.* Quia habentes in prospectu plurima obsequia & bene merita Famatorum ProConsulum &c, Civitatis nostrae Thorunens.

nens. fidelium nostrorum dilectorum, quibus se nobis & Praedecessoribus nostris & Reipublicae regni nostri, debita fide & subiectione officiosissime commendantes reddiderunt, & magis in dies reddere student: considerantesque, eosdem Pro Consules, Consules & Scabinos & totam communitem eiusdem Civitatis Thorunens. multum in facultatibus publicis & privatis decrevisse, illosque quo ad Nostra & Reipublicae futura servitia ampliores & promptiores efficiantur, gratia & munificentia Nostra relevare, & Nostram gratitudinem, erga illos aliqua congrua & debita compensatione demonstrare volentes, &c. Talimodo etiam in Privil. SIGISMUNDI, AVGUSTI, HENRICI, STEPHANI, & SIGISMUNDI III. Pol: Reg.

*VLADISLAWS IV. in Priv. nundinar. post Fest. S. Trinitat.*  
Proinde Nos ob praeallegatas rationes quam dictae civitatis nostrae, tot singularia fidei, subiectionis, & constantiae in difficultissimis quibusvis temporibus, nobis praestita argumenta & insignia erga Nos & Rempublicam merita, praecipue vero ut praefata civitas perceptorum ex nupero bello Svecico damnorum, habeat solatum, maiusque in dies fortunarum suarum sentiat incrementum, volumus &c.

*Idem VLADISLAWS An. 1635. in Confirmat. Iuris caduci post steriliter in civitate, cuiuscunque sint conditionis decedentes. &c.*  
Nos itaque supplicationi praedietae ut iustae, benigne annuentes, habentesque rationem constantis fidei & singularium meritorum, quae praefata civitas Nobis & Reipublice temporibus difficultissimis cum insigni, publicarum privatrumque dispendio, ac fortitudinis & integritatis summa laude praestitit, praesertim olim Serenissimi Divi Sigismundi III. felicis memoriae parenti nostro desideratissimo, numero tempore, &c. hocce Privilegium approbandum esse

duximus. Sic etiam Casimirus, Michael, Ioannes III. & Augustus Reges Serenissimi cuius ultimi Epistolam ad Magistratum Ao. 1703. missam Magnif. Zernecke habet in Be-  
kriegen Thorn. p. 147.

§. 16. Non omittimus & haec, quando Privilegia a Regibus postea novo clementiae indicio, partim confirmata partim aucta legimus. Confirmata sunt ea, quibus olim tempore Cruciferorum floruit civitas, scilicet, Ius stapulae An. 1457. a Casimiro, Ius possidendi bona terrestria, navigandi mercandique sine telonei exactione, puniendi reos sua in ditione, cudendi monetam, Magistratusque annuos eligendi, milites mediis in armis extra Prussiam subsidio non mittendi, & id genus alia. Deinde inter nova a Sereniss. Regibus clementer concessa, succurrit ius Burgrabii & Magistratu eligendi, ius struendi pontem, tuendi ecclesiias, capiendi plebendique nobiles in recenti crimine deprehensos, id quod etiam ab urbe nomen cepit Statuti Thorunensis: Ius libere exercendae religionis, ac sacrorum evangelicorum iuxta Augustanam Confessionem, constituendi nundinas, traiiciendi ad utramque ripam, bona caduca occupandi, militem peregrinum aut polonum non recipiendi, contra proprium & stipendiarium conscribendi qui Magistratui Thorunensi parere tenetur Lengnich. T. 3. p. 229, Pruss. litt. T. 4. p. 130. seq. Ius muniendi urbem ac arma comparandi & inter cives Monopolia non tolerandi ibid. Quae iura iam commemorata ad usum fructuunque civitatis promovendum spectare quodammodo putamus, iam reliqua & praecipua quae dignitatem urbis illustrare videntur, commemorare necessum est; interquae haec sunt praecipua.

1. Nemini paret nisi Regi cui immediate subiecta. Vid.  
Schutz: Lengnich.

2. In

2 In comitiis generalibus comparere potest velut mem-  
brum Senatus Prussici: ac locum inter Pol. universae pro-  
ceres occupare: uti hoc ipsum Secul. XV. Secul. XVI. &  
XVII. factum. Lengnich T. II. p. 274. 276. 393.

3. In his simul iure Regem eligendi gaudet, id quod  
exempla apud Lengnich. T. III. p. 155. 157. ibid. p. 54. 56. 58.  
Praef. T. I. p. 11. T. VI. p. 11. testantur. Neque ius illud  
abrogatum quin a Sereniss. Regibus tum nostrae tum cete-  
ris Prussiae civitatibus confirmatum Lengnich. T. V. praef.  
p. 3. § 7.

4. In Comitiis Prussicis primum locum inter maiores  
civitates occupat, postquam anno 1457. hoc dignitatis genus  
Culma amisit. Vid. Hartknoch. Epistol: dedicator. Chron;  
Duisburg. ubi Thorunenses statim a condita urbe illum ho-  
norem habuisse scribit. Schutz. in annal:

5. In his comitiis eiusdem civitatis internuntii sessio-  
nem & votum habent & sine his ac aliarum civitatum in-  
ternuntiis nihil decerni potest Lengnich. T. I. p. 16. 28.

6. Archivum universae Prussiae servat ac lauda item-  
que Constitutiones in Prussicis comitiis sanctitas a Secreta-  
rio Thorunesi ibidem connotatas. Lengnich. Tom.  
V. praef. p. 12. §. 24. Pruss. litt. T. IV.

7. In Iudiciis Tribunalitiis cum ceteris Prussiae civita-  
tibus comparare non tenetur Leng. T. 3 p. 453. 459.

8. E Magistratu Thorunensi duo Consules eliguntur  
a Nobilitate Culmensis Palatinatus, Iudicii Terrestris Nobi-  
litatis Culmensis Assessores. Hartkn. Alt und Neu Preuf-  
fien p. 642. Diff. de reb. Pruss. XVIII. p. 446.

9. Burgrabiis in civitate vices Regis gerit & auctorita-  
tem prout in aliis Prussiae maioribus civitatibus exercet  
Privil. Casim. 1457. ap. Zerneckium.

10. Praesente Serenissimo, Magistratus claves portarum retinet, & iurisdictionem in reos exercet, ne Mare-schalco quidem supremo hoc impediente Hartkn. de R. P. Pol.

11. Super bona terrestria ad urbem Thorunensem pertinenter Magistratus Dominium eminens habet, ac iure terrestre Nobilit: Pruss: utitur Leng. T. 4. p. 187.

12. Iure leges civicas ferendi gaudet, pro commodo totius civitatis fraternitatum ac contuberniorum, constitueri accisas & quae alia plura iura sunt, quae decus atque dignitatem urbis declarant. de quibus Magnif: Zerneckius & Pruss. Literata Tom. IV. p. 137.

§. 17. Auxit gloriam civitatis, amor etiam literarum, quae non minus ad fulciendam salutem publicam atq; ipsa prodest mercatura, quam excolere studuerunt cives. Habuit enim viros in curia pariter ac ecclesia, qui & fama eruditionis claruerunt, suisque meritis publica commoda promovere sunt annisi. Verat angustia pagellarum recensere horum nomina, quae inter eruditos nota & reipublicae fastis inserta reperiuntur. Videatur Magnif. ZERNEKE *Gelehrtes Thorn / & Patricii Thorunensis B. IOANNIS GEORGII ZOEBNERI de doctis Thorunensibus M<sup>5</sup>tum quod oppido multa de hoc argumento collecta continet, B. PRAETORII Athanas Gedanenses 8vo.* Clarissimi IACOBI ZABLERI Prof. Thorunens. meritissimi *Hermathenae Gymnasi* T. Fecit ille civitatis splendor ac eruditorum copia, ut & exteri huc convenirent studio de variis & religionis & pacis publicae causa inter se colloquentes. Iam anno 1241. varii sacri secularisque Ordinis huc confluxerunt viri, qui de Episcopatibus in Prussia instituendis, consultarunt. *ZALASOWSKI in: de Iure Regni Poloniae Tom. I, Libr. I, Tit. 26, p. 619. IOH. LEO bistor.*

*Aior. Pruss. TR ETTER VS in vit. Episcoporum Varmiens.* Atque An. 1341. cum dissidia inter Poloniae Regem Ordinemque Teutonicum qvotidie crescerent, bellumque inde exoriretur, plures exterorum legati hic Thorunii convene-  
runt, qvo pacem inter belligerantes conciliarent, qvam etiam anno 1343. pepigere SCHVTZ. *Cron.* p. 79. Neque tam  
enim inter Teutones Cruciferos & Poloniae Regem diu-  
turna potuit esse amicitia, cum praeſertim Cruciferi mai-  
ora appetere, premereque Polonos conarentur. Vnde bel-  
lum illud fecutum quod magno Cruciferorum in Prussia  
detrimento gestum, adeo ut anno 1412. pacis petere condi-  
tiones cogerentur, quas tandem ex utraque parte Thoru-  
nii obſignarunt, quae postea Pacta Thorunensia sunt voca-  
ta, SCHVTZ. p. 434. HARTKN. *Pruss.* p. 307. Eiectis de-  
nique cruciferis cum bellum ab utraque parte ancipiti ge-  
reretur Marte, tum Polonorum tum Cruciferorum legati  
Thorunium convenerunt, hinc frustrati sua spe, disceden-  
tes, eo ardenter studio bellum redintegratum WAISEL.  
*f. 201.* Tandem bello aliaque fortunae vicissitudine fessi in  
novam pacisendi occasionem consenserunt, legatique exte-  
rorum 1466. Thorunium arbitri missi comparuerunt, qvo  
etiam ipse Rex Casimirus cum cruciferis venerat, ac pace  
facta publicam quietem restituerunt. Pacis conditiones le-  
guntur apud WAISEL. *f. 243.* SCHVTZ. in *Cron.* Violato  
iterum foedere a Cruciferis cum Polonorum Regi homa-  
giūm praeflare detrectarent, An. 1520. & 1521. complures ex  
Vngaria, Saxonia, Silesia totaque Germania huc venerunt  
legati, qui rem controversam diriſerent, de quibus copioſe  
agit SCHVTZ. *l. r.* HARTKN. *l. c.* MSt. *Thorun.* Comi-  
tia universalia nonnunquam Thorunii habita inveniuntur,  
ubi magna Poloniae Prussiaeq; Procerū freqventia, ipsi Re-  
ges

ges affuerunt, una sub Sigism. I. 1520. duo celebrata sub Stephano An. 1576. & 1577. An. 1626. sub Sigism. III. & An. 1709. sub Augusto II. de quibus Magnif. BRAVNIVS *in Tr. de Comitiis*. Etiam religionis causa huc convenere aliquoties ii, qui Dissidentium nomine in regno Poloniae veniunt, sic anno 1595. in medium consuluerunt, ut imminentibus periculis succurrerent mature ac rebus periclitantis Ecclesiae subvenirent. De hac Synodo multa prostant scripta, & inter alia Acta Synodi Thorunensis 1595. 8vo Thorunii. & apud Lengnichium Tom. IV. inter Docum. p. 86. qui totam narrationem a Mikolaiewskio huius Synodi Notario exarata, inseri curavit. Quid iussu Regis Vladislai An. 164<sup>s</sup> suscepimus, ac colloqvio illo satis celebri actum, abunde ab aliis descriptum invenitur. Id autem desiderari adhuc putamus, ut scripta passim pro diverso habitu animorum & doctrinae evulgata, accuratiore ordine notarentur. Restant de his manu exarata non pauca, quae colloquientium studia, dogmata, & concertationes repraesentant. Ad minimum gloriae nostrae partis doctoribus cedit, quod iustum dogmatum seriem ad sacrae scripturae normam tradidereunt, conformem ubique invariatae Augustanae Confessioni. Haec etiam nunc symboli loco est, & verum praebet criterium cognoscendi dignoscendive eos, qui vel consensu se probant, vel alienis sententiis separari volunt. Satis enim est, aperto dissensu veritatem tueri, quam fraudulentio consensu ei illudere ac simulato concordiae specie incautos decipere. Plura de his dabunt probi illi & eruditii Doctores Evangelici in Maiori Polonia, quos novam confessionis Thorunensis editionem iam audivimus moliri.

§. 18. Inter fata infelia numeramus primum ob-  
sidiones, quarum permultas in historiis legimus. Antiqui-  
ori

ori aetate per dimidium Seculi XV. pene urbs nostra de-  
serta a civibus, ac incendiis consumta videbatur, quando  
An. 1410. & 1422. a Polonis post cladem Tannebergensem  
victoribus, obsidione cingebatur, qui frustrati sua spe, urbe  
potiundi, suburbia amoenissima, praedictaque penitus com-  
busserunt DLVG OSSVS LXI. p. 464. Pari quoque cala-  
mitate urbs afflita a Cruciferis exulibus qui An. 1455. 1458.  
& 1464. urbem aggressi expugnare tentarunt, & depulsi  
ab eo, quem sibi proposuerant, gradu, eadem suburbia paulo  
ante eleganter exstructa imo ipsam novae civitatis par-  
tem incendio deleverunt WALSEL. ZERNECK. in Chron.  
Quantum damnum & fere irreparabile Svecicis bellis Anno  
1629. 1655. 1657. 1658. 1703. obsidionibus gravissimis, sit illa-  
tum, quo tempore quoad dimidiā urbis partem, splendi-  
da aedificia publica & privata igne consumta, adhuc rude-  
ra testantur, ipso aspectu miseranda. Nequid dicamus de  
externorum militum exactionibus & perniciose vexationi-  
bus scilicet Confoederatorum Sapieiorum, Smolensciorum  
sub Sigism. III. atque aliorum rege Michaele, qui torquendo  
eiusmundoque civitatem fere prorsus exhauserunt. Prae-  
sertim tamen exordium huius XVIII. seculi, sibi Thoruni-  
um maxime fatale sensit: quando crebris Svecorum Kio-  
wsciorum, Lubomirsciorum, Kalmucciorum, Cosakorum,  
Russorum Polonorum Confoederatorum, Saxonum, Rybyn-  
sciorum Cavenakiorum Gniazydowsciorum atque aliorum  
partim immitti tributorum exactione, partim aliis periculis  
adeo iactata, ut, attritis civium facultatibus, publicoque  
aerario plane exhausto attenuatisque redditibus omnibus au-  
geat dolorem. Ad fatorum domestcorum infelicitatem,  
quaes in civitatis viscera desaevit, pertinent intestina odia,  
variae concertationes civium ac similitates, tum ob religio-

nem tum ob politicas alias rationes suscep<sup>t</sup>ae. Vnde cau-  
sae quamplurimae & metuendorum periculorum occasio<sup>n</sup>es,  
imo earum, quae inse<sup>q</sup>uitae sunt, acerbissimarum calamita-  
tum. Ei rei indicio sunt exempla quae in annalibus occur-  
runt, Anno 1456, 1478, 1523, 1552, 1595, 1613, 1649, 1650,  
1665, 1666, 1667, 1668, 1681, 1682, 1685, 1688, 1702, 1708,  
1717, 1724. Huc quoque referenda sunt inundationes variae  
aquarum & potissimum fluminis Vistulae: incendia aedifi-  
ciorum publicorum pariter & privatorum, pestilentis con-  
tagii pericula, & calamitofae coeli tempestates, quae vastita-  
tem inducere facile potuerunt. Nec minor dolendi fuit ma-  
teries saepe pacis tempore, ubi de iurium & privilegiorum  
conservatione quasi dimidicandum erat, non tam cum ex-  
tero hoste, quam aliis, qui alieniori erant in civitatem a-  
nimo aut prorsus infesto. Merito hic notamus has aemu-  
lae fortunae vices, quod civitas Thorunensis ab externo ho-  
ste liberata & secura, cum internis eo ardentiori studio con-  
flictari, & contra eorum insultus, iura pariter ac privilegia  
propugnare sit coacta, cuiusmodi exempla sunt Consiliana-  
tus in Senatu Prusiae Sanctiori, Dignitas in Scabinatu ter-  
restris nobilitatis Culmensis, Actoratus contra Nobiles, pos-  
sessio bonorum terreltrium, Ius ple<sup>t</sup>endi nobiles in crimin<sup>e</sup>  
aliquo comprehensos, immunitas a Teloneis &c. De quibus  
D. LENGNICH<sup>IUS</sup> passim agit. In primis tamen Ius, quo diu-  
gavisi sunt Thorunienses, stapulae & monetam cudendi va-  
riis modis elevari tentatum est. Prius ab ipsis terra & aqua  
mercantibus labefactatum, quando patrocinio potentiorum  
adiuti substraxerunt se utcunque eidem, ut liberius & qua-  
dam immodestia suis commodis obsequerentur: Posterius  
quod attinet, erat mihi animus copiosius de eo agere, sed  
in aliud tempus id reiiciimus, ubi de memorialibus sigillati<sup>m</sup>  
numis

numis, aliisque diversi generis, Thorunii cūsis, commentari  
quicquam nobis licebit. Speramus enim fore, ut quemad-  
modum ex benevolentia fatorum nobis multorum facta  
est videndi copia, eorum quoque, quos adhuc restare in com-  
perto habemus, numerum confidimus brevi inituros. Sed  
iam abrumpendum atque in voto subsistendum. De reliquo,  
futura fata, quae adhuc latent, voti nostri summa esse de-  
bent, ne felicibus minora, nec infelicibus deteriora patriæ  
eveniant. Speciatim divinae tribuendum est indulgentiae,  
inter tot tantaque pericula ac difficultates iactatam, ad V  
secula nunc conservatam esse. Quapropter tempus illud, a  
quovis patriæ studio summa animi pietate, grataque er-  
ga DEum mente recolendum iudicamus: uti iam exemplo  
sunt nonnulli viri patriæ salutis cupidi, quorum studio at-  
que industria numus in memoriam tanti beneficij cūsus,  
in cuius antica parte versus occidentem apparet antiqua  
quercus prope murum cū adstante crucifero; Ex adverso non-  
nulli advenientes armati homines cruceque in dorso signa-  
ti, Cruciferos olim Anno 1231. Vistulam transeuntes ad ur-  
bis condendae fundamenta iacienda repraesentantes. Orien-  
tem versus situs Vrbis Thorun Anno 1235. hic translatae visi-  
tur: supra, sol e nubibus exsplendescens divinamque decla-  
rans providentiam addita intra epigraphe ex *Threnorum Cap.*  
*I. n. 7.* RECORDATVR DESIDERABILIVM SVORVM  
ANTIQVORVM. Postica numi pars habet superius insi-  
gne usitatum urbis, paullo inferius hi leguntur rythmi:

S steht nun Thorn 500. Jahr.  
Erlöst aus mancherley Gefahr.  
Sey Du ihr Schutz HErr Zebaoth  
Und hilff ihr fern der Noth.

Ad limbum denique: A. C. 1731.

Etsi quidem auro & argento me inopem esse fata voluerunt;  
minime tamen illius religionis & pietatis, qua patriae de-  
vinctum me esse, lubentissime fateor.

Quare fiducia voti omen fati felicioris esse cupio hunc  
sequentem numum. In parte prima apparet navis, rem-  
publicam designans, undique procellarum turbinibus  
agitata, superne tonitruum & fulguris saevitia concussa, hosti-  
um denique rapacium insultibus & atrocitate infestata cum  
Lem. AGITOR NON MERGOR. In praecipuo vexillo  
conspicitur Sol, providentiam divinam adumbrans, additis  
his verbis: TE PRAEEVNTE SALVS: ad clavum sedens  
prudentia manu dirigens gubernaculum. Vbi verba FA-  
TO PRVDENTIA MELIOR. In altera parte, portus, quie-  
tis & secundioris fortunae, indicium, cum hoc lemmate

REDEANT IN AVRVM

TEMPORA PRISCVM Horat.

Tandem te Deus immortalis summa cultus veneratione,  
obtestor, velis te clementē civitati praebere, quo impensius  
nunc praesidio fortis indiget. Gladio olim stetit libertas, nunc  
scuto opus est. Temperabis adversa, ut nihilo minor ne-  
potum fiat fortuna quam maiorum fuit. Quae exulare iam  
commoda videntur redeant quantocvus, & ut ex caligine  
tristium fatorum emergat feliciter & eluctetur,  
denique depulsis Calamitatum nebulis reviviscat an-  
tiqvum decus, redeatque incrementorum publicorum  
felicitas, atque nunc prorsus quoad pristina fata diffi-  
mile tandem aliquando sibi restituatur

THORVNIVM.

